

de non datur appellatio ab eius sententia.
Glos. in l. viii. verb. momento C. si de moment.
possession. & ibi Battol. num. 1. & Contard.
num. 34. in ampliat. Scaccia de appellat. q. 17.
limit. 6. membr. 6. num. 1. vbi de communite
statur. Maran. in specul. aur. p. 6. art. 2. limit. 16.
num. 294. Salust. Tiber. in Prax. lib. 2. cap. 8.
num. 17.

Limitatur tamen, quando sententia est
nulla, vel notoriè iniusta, quia tunc datur
appellatio. Put. dec. 4. de Aegidian. Marches.
de commiss appellat. in Saluian p. 1. cap. 2. nu. 75.
fol. 1001. Coccin. dec. 417. n. 1. & 9. et 446. n. 4.

Limitatur secundò, quando sententia
lata in hoc possessorio reintegrandæ conti-
neret mixturâ petitorij, nam tunc daretur
appellatio. Pontan. de spol. lib. 4. cap. 3. nu. 45.
Marches. vbi sup. nu. 70. Scaccia de appell. d.
q. 17. limit. 6. membr. 6. nu. 63. & seq.

Limitatur tertio respectu fructuum, ex-
pensarum, & interesse, pro quibus datur
appellatio. Et ita seruat in Praxi, nam
sententia lata super spolio statim exequutioni
m datur, quoad possessionem, sed n 
quoad fructus, expensas, & interesse, iuxta
doct. Bart. in l. creditor. §. insuff. n. 4 ff. de appelle-
lat. Salust. Tiber. vbi sup. Aflita. dec. 77. n. 8.
vbi in fine dicit, quod hoc non procedit,
quando fructus essent pendentes tempore
executionis sententie, nam tunc etiam in
illis non daretur appellatio, quia tali casu
dicuntur pars fundi. l. fructus pendentes, ff. de
rei vindic. Idem tradit Salust. Tiber. d. n. 17.
vbi etiam inquit, quod si in causa Reus
appellauerit, Index dare debet Refutato-
rios, quoad possessionem; quoquer  ad
fructus, expensas, & interesse termin  iuris.

Limitatur quart , quando sententia la-
ta est contra Actorum spoliatum, non con-
tra Reum spoliantem, nam tunc Actor at-
tentio Iure c muni appellare potest. Scacc.
vbi sup. nu. 76. Qu  tamen limitatio locum
non habet in Terris Ecclesiaz, in quibus at-
tenditur constitutio Aegidiana, per quam
prohibetur appellatio, tam Reo, quam A-
ctori in mero Possessorio iudicio. Pontan.

FINIS SECUNDÆ PARTIS.

In Conceptione Tua Virgo Immaculata Fueristi.
Ora Pro Nobis Patrem, Cuius Filium Peperisti.

vbi sup. d. c. 3. n. 55. Scacci. d. q. 17. lim. 6. memb.
6. n. 77. Sal. Tib. d. cap. 8. n. 22.

Limitatur quint , quando intentatur
remedium. d. cap. reimpregnanda 3. q. 1. nam in
eo datur appellatio. Menoch. de recuper. rem.
15. n. 140. & seqq. Scacc. loc. prae. cit. num. 71. &
seq. Quod non procedit in Terris Ecclesiaz
per constitutionem Aegid. Contard. in d.
rnic. limit. 4. n. 12. C. si de moment. posses.

55. Vnum tamen in hac materia omit-
tendum n  esse censeo, quod scilicet Ad-
vocati, & Procuratores non parum aduer-
tere debent, an partes, quas defendunt, fo-
neant bonum Ius in proprietate, quando
intentant remedia possessoria, quia ista
non sunt in conscientia tuta, nisi possessor
bonum habeat ius in proprietate. Vnde se-
cus faciendo, mortaliter peccarent, & resi-
tutioni damnorum, expensarum, & inter-
esse obnoxij remanerent, non solum par-
tes ipsae principales remedia praedita inten-
tantes: verum etiam Aduocati, Procura-
tores, & reliqui in causa patrocinantes. ita
Guttier. conf. 6. n. 12. Gonzal. ad regul. 8. Can-
cell. glos. 15. §. 1. n. 90. & ibid. Gomez. qui ci-
tat Sormient. & Alios, quos sequitur Pax.
Iordan. d. om. 3. elucubr. dtn. lib. 4. tit. 12. n. 56.

Et h c pauca in iudiciis possessorijs, pre-
sertim in amplissima spoliij materia preli-
b se sufficiat. Reliqua si fusi  quis vi-
dere cupiat. Doctores audeat, qui de co-
integra volumina edidere, signanter Gabriel.
de restit. spol. Pontan. de spol. & Menoch. de
recuper. posses. cum nostri non sit instituti in
omnibus materiis plenarios compilare tra-
status; sed aliqua tant m in Praxi frequ -
tius occurrentia, ad ipsamque congruen-
tia, vel utilia, vel necessaria breuiter attin-
gere, perfunditor  obseruare, & conclud -
ter annotare. Qu  pro istius secunda par-
tis nostr  Practic  complemento, & orna-
tu dicta sit; Ad laudem, & gloriam Om-
nipotentis D E I; Sacratissima Virginis
M A R I A E, ac Sanctorum omnium.
Amen.

P R A X I S V I C A R I O R U M A B B A T . C A R O L I P E L L E G R I N I C I V I T A T I S C A S T R I V I L L A R V M Vtriusq; Iuris Doct & Prothonot. Apost. P A R S T E R T I A

In qua traditur methodus procedendi in causis Ciuilibus, qu  in
utroque foro, Ecclesiastico scilicet, & Seculari in Secunda
instantia per appellationis gradum actitantur; ad for-
mam similiter Iuris communis; Necnon Mu-
nicipalis Regni Neapolitani.

Cum obseruationibus Sacrorum Canonum, Legum, & Doctorum.
formulas insuper ad huiusmodi iudicium
necessarias plen  continens.

Iudicibus, Aduocatis, & Causidicis omnibus,
etiam Laicis perutilis, ac necessaria.

